

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

vix adhuc constituti. 2^o. quia, cum uiget preceptum ad aliquid omit-
tendum vel faciendum, necesse est, facultatem expeditam esse ad ac-
tum rectum, quem intendit preceptum; sed id fieri nequit sine auxi-
lio gratia.

207
3. Col. p. 195.

Exercitatio XII.

De Gratia efficaci.

(Ad Cap. 4. Sect. 3. Tract. 4. Tom. 2. Theol. Univ. n. 230. et seq.)

Auxilium efficax, ut Exercitatione precedenti adnotauimus, dicitur id, quod habet infalibilem connexionem cum consensu, de quo quidem post prohibitionem Sedis Apostolicæ non videtur esse profecto agere licitum esse. At Philippus à SS. Trinitate Carmelita eualeatus Tom. 2. suo Theologia dicit, hanc prohibitionem jam expirasse, modo à censuris abstinetur, usque se didicisse Roma, et in Gallia à uiris doctis et religionis, quos Rati de re consuluit; cuius, inquit, iudicium esto, quod à probatissimis ac piissimis Auctoribus plures tractatus de hac materia, permittente Summo Pontifice, iam prodierint in lucem. Horum igitur vestigijs insistentes pauca huius de Gratia efficaci differere animus est. Præcipuus autem huius Exercitationis cardo in hoc vertitur; utrum scilicet gratia datur ex natura et ab intrinseco efficax, et an consistat in quadam Supernaturali motione physice prædeterminante; necne? Quod priusquam expendatur, quadam alia circa gratiam efficacem præmittenda veniunt.

208.

§. I.

Quædam circa motionem gratia efficaci præmittuntur.
Hunc §. claritatis gratia in varias dividere Sectiones placet.
Sectio I.

Utrum Gratia sit efficax ex voluntatis consensu.

Not. Sententia, quæ docet efficaciam gratia petendam esse ex consensu voluntatis create est eorum Theologorum, quos Molinistas, seu Molina Sutores vocant, quorum principia sunt ista; nam gratiam efficacem nihil ex parte Dei aut sui continere, quod pariter alia gratia, quæ sufficiens dicitur, non contineat. Unde quod gratia dicatur efficax, id à solo nostro consensu provenire; quod verò sit inefficax seu merè sufficiens, ex solo dispensu; quippe, ut ajunt, Deus statuit æquali voluntate omnibus providere mediâ sufficientia, quibus pro lubitu possunt bene vel male uti. Verum hanc sententiam à Societate Jesu proscripsit ipsius generalis Propositus Aquaviva. 2^{um} Deum per gratiam prævenientem non movere physice voluntatem creatam, sed tantum moraliter, scilicet suadendo ad operandum. 3^{um} Deum non magis ad bonum usum gratia prævenientis determinare voluntatem, quam ad malum usum, urgente tentatione.

Conclusio. Gratia non est efficax ab æventu, hoc est, dependenter à consensu voluntatis create, quia scilicet sortitur suum effectum per humanam voluntatis cooperationem.

19
Prob. 1^o ex Bellarmino lib. i. de grat. et lib. arb. c. 12. qui non solum
conclusionem sequentibus confirmat argumentis. «Hae opinio
quam subicit hic oppugnamus: est omnino aliena à sententiâ B. Au-
gustini, et quantum ego existimo, à sententiâ etiam Scripturarum
divinarum; nam S. Augustinus lib. de prædest. ss. c. 8. dicit gratiam
efficacem videlicet, a nullo corde requiri, quia ipsa cor emollit; ubi vi-
des efficaciam tribui gratis, non voluntati humanae. Et lib. de
spir. et litt. c. 34. querens, cur Deus uni ita suadeat ut persuadeat,
alteri non ita, non respondet, quia unus consentit, alter non
consentit, sed exclamat, Qualitudo divitiarum. Itaque refertur
in arcanum divinae voluntatis, cur uni detur gratia efficax,
alteri non detur. Et Epist. 107. ad Vitalem, reprehendit eos
qui dicunt omnes homines fuisse recepturos gratiam Dei, si non illi,
quibus non datur, eam suâ voluntate respuerent, ubi sine dubio
loquitur de gratiâ efficaci.... Non igitur vult S. Augustinus gra-
tiam efficacem pendere ab humana voluntate, sed à divina. De-
nique tam est hoc in Operibus S. Augustini frequens et obivium
ut supervacaneum sit ad plures confirmare.

4. Col. p. 196.

Hae Bellarminus, quibus haec subjungit: «Quod attinet
ad Scripturas sacras, verba illa Domini Joan. 6. Omnes qui au-
divit à Patre et didicit venit ad me. Satis perspicue docent,
in quò sita sit efficacia gratiâ, illi enim infallibiliter ve-
niunt ad fidem Christi, sive per fidem in Christum, qui Pa-
trem coelestem habent Doctorem, ita ut infallibilitas effec-
tus non habeat pro causa studium discipuli, sed excellentiam
Magistri, allegat enim ibidem Dominus prophetiam Isaidi
c. 54. Est scriptum, inquit, in prophetis, erunt omnes disci-
pules Dei, vel ut clarus habetur in textu graeco δι' αὐτοῦ
ὄρα ἴσθησι τὸ θεοῦ.

Ostendit denique quòd ille locus i. cor. 4. Quis enim te discernit, p.
haec tanta doctrinâ minime subistere possit. Ac tandem ait, quòd
haec opinio fundamentum praedestinationis ~~correspondet~~ divinae
omnino evertat, et quòd esset abuti vocabulis vocare gratiam effi-
caxem, eamque à sufficiente distinguere, si nulla omnino in ipsa gra-
tiâ distinctio esset, et totum discrimen ab humana voluntate
penderet.

Prob. 2^o Si gratia efficax ex eo duntaxat reddatur efficax, quòd
providetur futura liberae voluntatis determinationis, sequitur 1^o
gratiam praecedere esse voluntatis. 2^o gratiam determinari
ab humana voluntate, ac eidem subijci, saltem in sensu Molinis-
tarum. Atqui haec sunt absurda. Ergo p.

Resp. Haec duo absurda falso pro suis sua sententiâ imputari,
junctum quidem, quia isto tantum sensu gratia voluntatis humanae
praecedere dici potest, quòd gratiam procedat voluntas, non gratia
voluntatem. Atqui nullus est orthodoxus, qui dicere auit volun-
tatem praecedere gratiâ, non gratiam voluntati. 2^o dicitur etiam

falsis imputatur; quia plane absurdum est, ut Superior inferiori Subjiciatur, quando inferior Superioris mandata exequitur; pa-
riter, ut quod ex se determinatis est et impulsus ad aliquid, dilatur
determinari, quando voluntas determinationem illius seu im-
pulsum sequitur.

Sed contra; innum est, quia licet Molinista, aut etiam con-
gruista ultra fateantur gratiam, quae gratia est, proire
voluntati, non tamen quae efficax est, eo quod in eorum sen-
tentia gratia efficax a se ipsa talis non sit, sed tantum a pe-
visu consensu, p. Unde coguntur admittere gratiam quae
efficacem esse pedisequam voluntatis. Contra 2^o dicitur
est, quod illa determinatis ac impulsus ex natura sua, ut ajunt,
non sit efficax, sed indifferens; ac proinde, ut effectum suum sor-
tatur ab aliquo determinari debeat, nempe ab humana volunta-
te. Cum autem id, quod ab altero determinatur, ei etiam ali-
quo modo subjiciatur, sic fatari debent, gratiam humana vo-
luntati aliquo modo esse subjectam.

(Dices) Si gratia non esset efficax ex consensu voluntatis hu-
mana, immerito Deus Judaeis reprobraret Isa. c. 5. Quid debui
ultra facere vineae meae, et non feci? Vineae enim respondere
potuisset, Dabinti dare gratiam efficacem.

Resp. Si Textus haberet quid potui, tunc valeret excusatio vi-
nae; quia Deus potuisset utique dare gratiam efficacem. Ve-
rum quia Textus dicit quid debui, jam talis excusatio nullum
habere potest locum; eo quod Deus, dando gratias sufficientes,
nihil ultra facere teneatur, si enim deberet dare gratiam effi-
caxem, tunc gratia haec esset debitum, et non gratia.

Dices 2^o. S. Augustinus lib. 1. ad Simp. q. 2. ait: Ut velimus enim,
et hunc esse voluit et nostrum, hunc vocando, nostrum sequen-
do; quod autem voluerimus solus praestat, id est, posse bene
agere, et semper bene vivere. Ergo efficaciam gratia
repetit ab humana voluntatis consensu.

Resp. Dist. cons. S. Augustinus ante adeptum Episcopatum Semi-
pelagianus, con. post adeptum Episcopatum Catholicus, neg.
cons. Ibi docet initium fidei esse ex humana voluntatis con-
sensu, sed perfecta opera esse a sola gratia. Unde Adversariis
id etiam solvendum est, qui dicunt, quod bona opera sint eti-
am a consensu voluntatis humanae gratiam versatilem deter-
minante.

Sectio II.

209.

Utrum gratia sit efficax ex auxilio Divini
cum humana voluntate attemperata, quae sub-
est scientiae medicae.

Not. Ut Moli

Not. Ut Molina Scitatores magis à Pelagianis recederent, ex-
cogitarunt gratiam illam, quae ab ipsis congrua est munera-
ta, ex cuius proinde nomine Congruista postquam appellati sunt.
Ea autem gratia congruitas in eo posita est, quod Deuscam

S. G.
p. 197.

in iis circumstantiis largiatur, in quibus per Scientiam mediam provi-
det humanam voluntatem ei suum consensum esse probituram.
Itaque Deus, iuxta Congruistas, ut gratiam, qua infallibiliter
effectum sortiatur, tribuat, attendit ad circumstantias, loci, tem-
poris, status, dispositionis naturalis, in quibus providet eam suam
habituram effectum.

Conclusio. Efficacia gratia non potest huius ex auxiliorum cum
humana voluntate attemperazione, qua subit Scientia media.

Ratio 1^a. Sumitur ex S. Scriptura. Nam Heb. 3. dicit Apostolus: Deus
autem pacis aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem.

In quem textum S. Thomas lect. 3. sic dicit: Homo, quando habet
inclinacionem bene faciendi, dicitur aptus ad illud. Deus etiam,
quando immittit homini bonam voluntatem, aptat eum, id est,
facit illum aptum, et ideo dicit Apostolus: In omni bono ut fa-
ciatis eius voluntatem; id est, faciatis vos velle omne bonum.

Et pauis interjectis addit: Dupliciter autem homo aptatur ad be-
ne faciendum; uno modo exteriori operando; et sic unus homo aptat
alium persuadendo vel commoneudo: alio modo aliquid interiori
exhibendo; et sic solus Deus aptat voluntatem, quia solus ipse po-
test immutare, p.

Ex quibus liquet, quod Deus per grati-
am suam efficaciam facit Subjectum aptum et attemperatum ad
consentiendum gratia, quodque ejusmodi aptitudo et attempe-
ratio Subjecti sit effectus gratia efficaci; falsum ergo est, quod illius
efficacia pendeat a dispositione ac congruitate Subjecti, p. nulla
eius causa pendet a suo effectu.

Ratio 2^a est, quia si efficacia gratia desumeretur ex eo, quod
liberum arbitrium si attemperetur, tunc sequeretur discretionem
unius ab alio esse reducendam ad naturalem hominum dispositio-
nem. atque hoc est contra S. Scripturam. Ergo p. Prob. seq. maj. Nam
si eadem entitativa gratia in uno Subjecto habet congruitatem et effi-
caciame, quia liberum arbitrium ibi attemperatur; in alio autem
Subjecto talem efficaciam non habet, quia eius arbitrium gratia
non attemperatur; tunc discretio unius ab alio reducenda est in
naturalem Subjecti dispositionem, ob cuius attemperacionem
gratia huius sortiatur effectum in uno, et in altero ob defectum
ibius attemperacionis frustratur suo effectu. atque sic se habet
gratia in opinione Congruistarum teste Vasquez. Ergo p.

Ratio 3^a est, quia congruitas illa gratia vel est intrinseca, vel
tantum extrinseca. Si sit intrinseca, tunc vel est physica, vel
moralis. non innum, nam cum sit proveniens ipsum consensum,
hoc ipso rationem habebit promotionis physica, quam tamen Con-
gruista non admittunt. Sed neque 2^a Dubium, quia sic haberet ra-
tionem causalitatis moralis, qua, prout sequenti Sectione proba-
bitur subsistere nequit. Sicut ergo debet, quod congruitas illa
gratia sit tantum denominatio extrinseca petita a circumstantiis
externis et interna dispositione Subjecti; at sic causa discretionis
unius ab altero non provenit a Deo, sed potius a circumstantiis, comple-
xione naturali, p. quod repugnat S. Scriptura.

6. G. p 198.

1919-30

Dices, gratiam congruam consistere in quodam impulsu divi-
no, qui efficaciam suam habet dependentem à circumstantiis, p. Unde se-
cundum rectum est intrinseca, secundum obliquum vero extrinseca.

Sed contra: Dependencia gratia efficaci à certis circumstantiis re-
pugnat doctrina S. Augustini; nam 1.º lib. 2.º contra duas Ep. Pelagii
c. 20. dicit, quod Deus cor Regis, scilicet Absuri, occultissimam et effi-
cissimam potestate converterit et transtulerit ab indignatione ad
lenitatem. Nulla hic mentis circumstantiarum, nulla dispositio-
nis subiecti pro lenitate apparent signa; quin potius cum dicit con-
versionem hanc efficacissimam potestate factam fuisse, satis innuit
hanc dependentem à gratia congrua neutiquam contigisse: Nam,
ut voluit Adversarij, gratia congrua est composibilis cum nega-
tione consensus; at illa efficacissima potestas non erat composi-
bilis cum negatione conversionis, alioquin male nuncuparetur
efficacissima, sed solum cum potentia ad non conversionem.

2.º Idem S. Doctor Enchir. c. 17. ita ait: Quis tam impie desipiat,
ut dicat, quod Deus malas voluntates hominum, quas voluerit,
quando voluerit, et ubi voluerit, in bonum non possit conver-
tere? Quae verba contra gratiam congruam manifestè pugna-
re videntur; nam Congruista pro principio affirmant necesse
esse, ut Deus commodas circumstantias exploret, sò quod
citra libertatis praesudicium non possit voluntatem inclinare
in consensum in his circumstantiis, in quibus praevisa est dissen-
sura; dum è contra S. Augustinus dicit, quod ubi et quando
ipse voluerit, huiusmodi voluntatem mutare valeat.

Ratio 4.ª est, quia Deus gratiam suam sapienter tribuit in
iis circumstantiis, in quibus illi, quibus eam largitur, inte-
rius et exteriori manifestè sunt ab eà alieni, ut perspicuum
est in S. Paulo, de quo sic scribit S. Augustinus lib. De praedest.
Sanct. c. 2. Aversus quippe à fide, quam vastabat, eique ve-
hementer aversus repente est ad illam gratia potentiore
convertente illo, cui hoc ipsum factum per Prophetam
dictum: Tu convertens vivificabis nos: ut non solum ex nolen-
te fieret volens credere, verum etiam ex persecutore persecutio-
nem fidei, quam persequabatur, defensione pateretur.

Ratio 5.ª est, quia Fideles in suis orationibus non petunt,
ut Deus det gratiam in iis circumstantiis, in quibus praevia et,
quod humana voluntas ei consentanea sit; verum, prout liquet ex
formulis primum Ecclesiae, petunt à Deo, ut det ipsum consensum, ut ad
se rebelles compellat ire voluntates. Ergo gratia non habet effectum
ex iis circumstantiis, sed ex innata sibi vi, ex natura sibi in-
trinseca.

Ratio 6.ª est, quia gratia, quam asserunt Congruista vel
est ex se efficax, vel tantum est talis dependentem à consensu. Si
primum, cum huiusmodi gratia sit quaedam motus, impulsus, seu
influxus, qui nequit non esse entitas physica ac praeveniens ipsam
voluntatem, sequitur, quod huiusmodi gratia sit ipsamet
quam tuentur Thomista, utpotè sita in praemotions physica.

3819.9.10

7. 68. p. 199

Si 2^o dicitur: Tunc huiusmodi gratia non differt ab ea, quam propugnant Molinista, et qua Sectione precedente à nobis rejecta est.

Section III.

210.

Utrum efficacia gratia consistat in causalitate morali.

Conclusio. Non bene explicatur gratia efficacia per causalitatem moralem, id est, per moralia quadam motiva, quae infalibiter ad eam perducant.

Ratio est 1^o: Quia vel haec sententia censet opus esse Scientia media, quae explorat, quibus motivis et in quibus circumstantiis consentiri sinus, et sic nominatim concedit gratiam esse efficacem, cum re ipsa efficax sit ea praevio consensu, sicque iam est refutata Sect. preced.

Vel docet motiva quadam moralia etiam ante Scientiam mediam à Deo esse selecta ad consensum infalibiter inferendum, et tunc si eius Patroni per motiva moralia intelligunt gratiam, quae voluntatem emolliat et inclinet, solo nomine differunt ab eis, qui gratia efficaciam in physica causalitate reponunt; nam per promotionem physicam nihil aliud intelligimus quam motionem, quae realis et efficiens causa est motus liberi arbitrii.

Si vero haec sententia nihil ponit in voluntate quod emolliat et inclinet eam, sed quaedam duntaxat in mente illustrationes, tunc non sufficienter recedit à Calagianismo; si quidem, teste S. Augustino, tales motiones morales admisit Calagius. Legant et intelligant, ait hic S. Doctor lib. de grat. Chr. c. 24. atque fateantur non lege atque doctrina insonantia forinsecus, sed interna atque occulta mirabili atque ineffabili potestate Deum operari in cordibus hominum non solum veras ~~revelationes~~ revelationes non internam illam illustrationem; sed etiam bonas voluntates.

Ratio est 2^o: quae ex S. Augustino hoc dilemmata proponi licet: Vel controversia erat inter S. Augustinum et Calagianos de motione morali preveniente, vel de physica motione preveniente? Si de physica; ergo S. Augustinus aperuit illam non modo stare cum libertate, sed etiam perficere libertatem. Si de morali tantum; quae ratione poterant Calagiani et Semipelagiani ita impotenti S. Augustino obicere, quod illa gratia, quam ipsa astringebat, libertatem tolleret: quis enim unquam dixit vel audivit, quod suasiones, adhortationes, vocationes, similesque morales motiones necessitatem inducant?

Deinde S. Augustinus lib. de praedest. Sanct. c. 8. dicit, quod gratia, sicut efficax, à multo corde respicitur; id est quippe tribuitur, ut per vitia cordis penitus auferatur. Atqui motiones morales à duobus corde respiciuntur. Ergo gratia efficax in motionibus moralibus consistere nequit. Prob. min. Act. 7. dicitur: Dura cervix vos semper resistitis Spiritui Sancto, id est, piis motibus, illuminationibus, aut excitationibus ad bonum. Item Matth. 22. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. ad quem textum huiusmodi loquitur S. Augustinus lib. 1. q. 2. ad Simplician. Si vocatio ista est effectrix: efficax: bonae voluntatis, ut omnis vocatus eam sequatur

M

8. Col. ps. 209

quomodo verum est, Multi vocati, pauci electi? Ergo motiones
morales à duobus corda respiciuntur.

Confirmatur ex Amicō Scientia media propugnatore. In enim
Tract. de act. Disp. 6. Sect. 5. n. 24. ait, motiones morales ea se
non esse efficaces, quia cum eis non repugnat negativus actus, vel
productio actus oppositi. adeoque iuxta Amicum cum mo-
tionibus moralibus potest componi negativus actus, vel productio
actus oppositi, sicuti hoc etiam componi possunt cum gratia suffi-
ciente. Præterea sicut abdicare, suadere, adhortari, vo-
care, p. pertinent ad motionem moralem, ita spectant ad mo-
tionem physicam operari, agere, facere, p. Atque S. Augusti-
nus non solum usurpat vocabula primi generis, sed secundi in
ordine ad gratiam. Ergo non solum motiones morales, verum
etiam physicas admittit. Prob. min. quia hæc ratione non-
nulli recentiores cum Suarezis potissimum vituntur, dum vo-
bis cum docent sacramenta esse instrumenta physica gratis;
quia nimirum SS. Patres ut plurimum vituntur his verbis: facere
efficere, p.

211.

Sectio IV.

Utrum gratis efficacia consistat
in victrii delectatione.

Conclusio. Gratis efficacia non consistit in victrii delecta-
tione.

Ratio est 1^o quia S. Augustinus sapiens docet Martyres et alios
Fideles, dum avius tentantur amore vel timore humano, uti-
liter timorem gehenna et iustitia divina adhibuisse, ne sumen-
berent.

Ratio est 2^o quia sequeretur hominem nunquam ratione, aut
pura ipsius præcepti honestate servare præcepta, sed quodam
motivo delectationis semper induci, quod falsissimum est, eo quod
vera charitas non querat que sua sunt. Unde solet Deus per-
fectionibus quandoque omnem delectationem subtrahere, ut dis-
cant Deo servire, non quia eis præiura bonus est, sed quia dignus
est, ut ei serviat.

Ne obstat, quod S. Augustinus ad explicandam gratis efficien-
tiam passim huius delectationis victrii mentionem faciat; nam
et ipsa suo modo et ut plurimum efficit, ut consentiamus; at dice-
re, quod gratis efficacia unice in hac victrii delectatione con-
sistat, erroneum est. Deinde intelligi potest de plenissima
omnium tentationum victoria, quam habere non potest, nisi
qui gustavit, quam suavis est Dominus.

Dices. Ergo verum non est effatum S. Augustini: quod ampli-
us delectat, secundum id operemur necesse est.

Reps. B. Simonet hic a. 5. Dicendum S. Doctorem, cum ait:
quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est, lo-
qui non de necessitate antecedente, sed de necessitate conse-
quente actum primum ad unam conditionis partem obligan-
te intrinsicè, qua fidei repugnat; sed de necessitate consequen-

P. C. p. 201

ta, quam voluntas ipsa sibi imponit per deliberatum actum, quod unum
 objectum alteri opposito anteposit, illudque diligit amplius: Vel,
 si vis, quod idem est, quod delectationem sensitivam vel intentiona-
 lem, quam parit unum objectum, proferat delectationi sensitiva vel
 intentionali, quam parit aliud objectum oppositum. Adeoque S. Au-
 gustinus loquitur non de delectatione indeliberata, sed de deliberata,
 nempe de deliberato amoris actu, quod voluntas plus amat unum ob-
 jectum, quam aliud oppositum: vel, si vis, quod plus amat delec-
 tationem sensitivam vel intentionalem, quam parit unum objec-
 tum, quam amat delectationem sensitivam vel intentionalem,
 quam parit aliud objectum oppositum.

His ita premisis, superest modo examinare, an gratia, qua di-
 citur efficax, sit talis ab intrinseco ad mentem Thomistarum,
 nempe dependentem a promotione physica.

§. II.

Proponentur ac solvuntur Argumenta, quibus
 probatur gratiam à se, seu ex natura sua, et ab in-
 trinseco efficacem esse ad mentem Thomistarum.

Eadem hinc in primis occurrunt Argumenta, quae ex S. Scriptura,
 et S. Augustini testimoniis supra Exortatione VII. de Scientia
 media à nobis deducta fiere. Ubi vide. Igitur us hinc ommissis sit
 Argumentum; num ab auctoritate S. Thomae petitur, qui q. 8.
 de malo a. univ. ad 3. sic ait: Deus movet voluntatem immuta-
bilitate propter efficaciam voluntatis moventis, quae deficere non
potest: sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferen-
ter se habet ad diversa, non induitur necessitas, sed manet liber-
tas. In quo textu S. Doctor motionem divinam propter
 efficaciam divinae voluntatis deficere non posse manifeste innuit.
 At secundum Adversarios motus illa possit deficere; quia vo-
 luntati non repugnat cum illa motione conjungere oppositum
 ejus, ad quod movet. Ergo p.

Resp. Ad S. Doctorem non esse intelligendum de motione ante-
 cedente ad scientiam mediam, sed consequenter ad eam. Sic enim
 salvatur humana libertas.

Inst. S. Thomas ad conciliandam libertatem cum gratia sem-
 per recurrit ad efficaciam divinae voluntatis, nam. i. p. q. 83. a. 1.
 ad 3. sic docet: Deus est prima causa movens et naturales causas,
et voluntarias, et sicut naturalibus causis, movendo eas, non au-
fert, quin actiones earum sint naturales, ita movendo causas vo-
luntarias non aufert, quin actus earum sint voluntarii, sed poti-
us hoc in eis facit: operatur enim in unoquoque secundum ejus
proprietas. Item i. p. q. 19. a. 9. Cum aliqua causa, inquit,
efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tan-
tum secundum id, quod fit, sed secundum modum fieri vel essen-
di. Cum igitur divina voluntas sit efficacissima, non solum se-
quitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant,
quod Deus vult ea fieri; vult autem quaedam Deus fieri necessariis,

et quaedam contingenter.

Idem jam olim docuerat S. Prosper lib. 2. de verbat. gent. c. 24. et 25. sic inquit: Quod Deus voluit eos velle, voluerunt, qui ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, ut etiam perseverantibus illam mutabilitatem, quam possunt nolle, non auferat.

Non abrimile est illud S. Anselmi lib. de concord. praevidentia. ubi, quoniam, inquit, quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nullam cogi vel prohiberi necessitate ad volendum vel non volendum, et vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam, et esse quod vult.

Resp. ad. se ultro asserere, quod divina gratia, quam de facto deus nos ad actus liberos movet, eundem libertatem non tollat, sed inferat, ac perficiat. At quod eadem sit ab intrinseco efficax, cum in praedeterminatione physica reponi debeat, hoc neutiquam demonstrare adducta hominum SS. Doctorum testimonia. Neque enim ad infinitam efficaciam divinae voluntatis, aut gratiae ex natura sua requiri ajunt, ut effectum quemlibet obtinere possit per medium quodcumque, sed tantum ut quemlibet obtinere valeat per media ipsius naturae seu causae proportionata. Atqui gratia efficax ex natura sua et physice praedeterminans est medium actibus liberis improporionatum, utpote eorum destruentium. Ergo p.

213. Argumentum 2^{um} petitur ab auctoritate Concilii Trident. Sess. 6. Can. 4. sic definitis: Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiens Deo vocanti et excitanti, quod ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac preparat, neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, merique passiva se habere, anathema sit. Ex hoc Concilio hujus tenore sic breviter conficitur Argumentum: Concilium loquitur de gratia ab intrinseco efficaci, quia ibi definit contra Calvinum doctrinam gratiam efficacem destrouere libertatem. Atqui ex verbis Concilii patet, quod hujusmodi gratia non tollat libertatem. Ergo ex falso fundamento rejicitur gratia ab intrinseco efficax.

Resp. 1^o Ex hoc argumento evidenter deduci Thomistas eandem cum Calvinis adstrouere gratiam, ac solum ratione consequentia inde deducta ab eo discrepare, quod, cum ad Logicos pertineat, a Patribus indefinita remansit, decisione dumtaxat facta super antecedente, in quo conveniunt Thomista et Calvinista.

Resp. 2^o Concilium definire contra Calvinum quoad illam gratiam, quam Haeretici dicebant tollere libertatem, secundum illa praedicata gratiae efficaci, quae in Scriptura et Patribus continentur, non vero secundum praedicata gratiae, quae ipsi Haeretici ex suo cerebro confinxerunt.

214. Argumentum 3^{ium} petitur ex hac ratione; quia Deus est causa omnis bonae actionis. Atqui Determinatio creaturae in ordine ad bonum est actio bona. Ergo Deus est cau-

1054 P

2. Col.
p. 202

la ibius. Subs. Atque inter causam et effectum datur quaedam
prioritas; prius enim procedit causalitas, quam sit effectus. Ergo
etiam prius est causalitas divina, quam sit ipsa determina-
tio, seu actio creaturae; ac proinde datur auxilium praedeter-
minans; hoc enim consistit in illa divina causalitate.

Resp. Deum cum causam primam debere esse priorem in operan-
do tanquam causam universalem, quatenus complet quamli-
bet causam secundam modo naturae ipsius proportionato, et
insuper cum ea concurrat et offert suum concursum in actu
primò indifferentem; non verò esse priorem in operando tan-
quam causam particularem per influxum primum, cum
iste libertati officiat.

§. III.

215.

Proponuntur ac Solvantur Argumenta
contra gratiam efficacem Thomista-
rum.

Argumentum 1^{um} Jesu mi solet ex variis S. Scripturae
testimoniis, quo tamen ut plurimum in Exercitatione VII.
De Scientia media, et Exercitatione XI. De gratia sufficien-
ti probata sunt. Unicum hu adducere sufficit. In Apoc.
legitur, quod Christus stat ad ostium et pulset, postulans, ut ei ape-
riatur; hinc Cant. s. dicit ad Sponsam: Aperi mihi soror mea, p.
Sed quomodo sibi aperiri petit, si non dat homini clavem
gratiae ex se efficaci praeve ac necessario ad actum aperi-
tionis requisitam, nec in potestate hominis positam?

Resp. H. Deum sibi petere, ut ei aperiatur; quia homo habet
unde ei possit aperire; habet siquidem clavem aperi-
tionis, jam in actu primò, licet non habeat in actu secundo, et hoc non ex defec-
tu Dei, sed ex defectu voluntatis suae, quia sibi est iniqua est;
si enim aperi-
tionis nullum ponat impedimentum, procul dubio
clavem aperi-
tionis actu consequeretur. Praeterea respon-
deri potest, quod Deus petat, ut homo sibi aperiat per propriam
operationem et determinationem formalem, non verò ut sibi
aperiat per propriam operationem à concursu praedetermina-
tivo independentem.

3. 68 p 203.

Argumentum 2^{um} Dum petitur ab auctoritate S. Augustini 210.
lib. de Spirit. et lit. c. 34. ubi sic ait: Quasi dicit Deus,
ut velimus et credamus. Item lib. 1. de peccat. merit. et re-
miss. c. 9. Qua, ait, est alta et secreta vocatio ita suadens,
ut permadeat; ita agens sensum, ut legi accommodet assen-
suum; ita con emolliens, ut à nullo duro corde resistatur;
ita aptatur vocato, ut illi obtemperet, et sequatur; bona
voluntatis effectrix, qua facit facere. Haec verba neuti-
quam gratiae efficaci Thomistarum, sed potius Congruistarum
adaptari possunt.

Resp. ad 1^{um} locum, tantum illum adduci à S. Augustino absque præiudicio gratia ex se efficaciæ ac prædeterminantis. Cum enim Deus omnia disponat suaviter ac secundum exigentiam creatura, hinc fit, quod priusquam voluntas libera primò eliciat actum, à Deo excitetur per suasionem, vocationem, illuminationem, p. ut sic superveniens motio divina physica moveat ac determinet voluntatem ad id, ad quod jam inclinata erat per huiusmodi motiones morales.

Dices. Hæc motio physica superveniens est superflua. Ergo non est adstruenda.

Resp. Neg. aut. nam imprimis cum Deus moveat efficaciter debet movere dependenter à motione ex se efficaci, sed motiones morales non sunt ex se efficaces, prout lect. 3. visum est.

2^o S. Augustinus expressè dicit, quod Deus faciat ut faciamus præbendo vires efficaci primas voluntati, quod certe plus dicit, quam motionem moralem. Item, Subventum est infirmitati humanae, ut inclinabiliter et insuperabiliter ageretur. At qui cum motionibus moralibus declinabiliter et superabiliter agitur, prout constat; ergo hæc motio physica ex S. Augustino non est superflua.

3^o Omnis actio bona Deo dicitur, scilicet unum in esse moris, alterum in esse entis; sicut ergo in esse moris dependet à Deo, sic etiam in esse entis à Deo dependere debet. Atqui si Deus tantum adhiberet motionem moralem in ordine ad bonam actionem, non verò in ordine ad physicam actionem, actio illa non dependeret à Deo physica. Ergo p. Prob. min. Idem non dependet ab altera physica, in quod alterum istud physice non influunt. Atque si Deus tantum moraliter moveret, non verò physice, non influeret in actionem physice. Ergo hæc ab eo in ratione entis non dependeret.

Resp. ad 2^{um} textum, quod illa verba dicantur de gratia efficaci tam secundum id, quod dicitur in obliquo, puta motiones morales, dispositiones subjecto congruas; quam secundum id, quod dicitur in recto, influentium nempe physicum, prout patet ex his verbis: Ita agens sensum, ut legi accommodet assensum. Item, Bona voluntatis affectiva, que facit favere.

217. Argumentum 3^{ium} desumitur ab autoritate Concilii Trid. cit. Sess. 6. can. 4. quo homo supponere videtur S. Synodus gratiam ad actus salutaris necessariam eamque efficacem, præiudicaturam libero arbitrio, si non sit equaliter in potestate nostra ei assentiens vel dissentiens.

Resp. Concilium istud nihil aliud velle, quam non dari talem gratiam, cui non possimus dissentire nec in sensu composito nec in sensu diviso. Et Not. quod definitio Concilii non sit absoluta, scilicet voluntatem à Deo motam posse dissentire, sed cum addito illo, quod voluntas mota cooperetur assentiendo Deo vocanti et excitanti, et possit dissentire, qui sensus est omnino alius ab eo, quem Concilio isti affingunt adversarii, nimirum liberum hominis arbitrium

4. 68.
p. 204.

notum dissentire posse in sensu composito; idem in loc. non dicitur hae
S. Synodus, sed solum quod voluntas mota cooperetur assentiendo, et quod
cum tali consensu ac cooperatione stat potentia ad dissentiendum.

S. IV.

218.

Dellatur, quoniam sententia alteri sit preferenda.

Ex dictis facile colligitur primam sententiam posteriori à nobis pra-
ferri. et quo magis eam stabiliamus, modo superest, ut ea, quae ad-
versarii ad Argumenta S. 2. adducta respondere conati sunt, respo-
damus.

Itaque Responsio ad auctoritatem S. Thomae data vel ex eo non
subsistit, quod S. Doctor inutiliter remoretur ad efficaciam divina vo-
luntatis pro concilianda libertate humana cum gratia, si agnovisset
Scientiam mediam; hae enim supposita, superfluum est dis-
quire optius remedium pro libertatis indemnitate. Cum igitur
S. Thomas ad conciliandam libertatem cum gratia ad efficaciam
divina voluntatis provocare soleat, ut patet ex variis testimo-
niis ab eius auctoritate petitis et in Instantia adductis, palam
fit eum nullam agnoscere motionem à Scientia media pen-
dentem.

Neque valet Responsio ad predictam Inst. Nam, cum huiusmodi gra-
tia, quam adstrunt Ab. ex sua natura non sit efficax, necesse
est, ut ex natura sua sit indifferens, ac proinde primum reddatur
efficax per ipsammet cooperationem liberam nostrae voluntatis.
At si talis gratia minime infert ac perficit libertatem, nam sic
conficitur Argumentum. Vel huiusmodi gratia perficit liber-
tatem humanam quia indifferens, vel quia efficax reddita. Nen-
trum dici potest: Non primum; quia in illo modo indifferens
statu nullum in voluntatem humanam ejusque actus exercet
influxum efficacem. Unde cum pro illo signo non mutetur volun-
tas, neque ejus libertas perfici poterit. Non secundum; quia ut
efficax reddita jam supponit eandem libertatem actuum nostro-
rum, quippe per quorum formalem liberam determinationem
ex indifferenti reddita est efficax.

Contra; nam Responsionem ad auctoritatem Concilii Trid. est, 219.
quia inde sequetur Sententiam Thomisticam non amplius esse
probabilem, utpote damnatam; quod tamen sine temeritate
nemo asserere audebit, cum id summorum Pontificum Constitu-
tionibus vetitum sit.

2da autem Responsio ex eo non sub-
sistit, quia Concilium definit contra Calvinum quoad illam gra-
tiam, quam Novatores dicebant tollere libertatem, secundum
illa predicata gratia efficax, quae in S. Scriptura et Patribus
continentur, prout ipsius adversarii dicunt. Sed gratia ab in-
trinseco efficax habet talia predicata, quae in Scriptura et Patri-
bus continentur, quemadmodum haecenus probatum est tum in haec,
tum in aliis Exercitationibus nostris. Ergo Concilium definit con-
tra Calvinum gratiam efficacem ab intrinseco et ex sua natura
non tollere libertatem.

Denique contra Responsionem ad Argumentum ex ratione peti-
tum est, quia in ea ratione debet dari prioritas, in qua datur de-

S. Col. p. 205.

pendentia et subordinatio. Atqui voluntas, ut et quodlibet aliud agens creatum, non tantum dependet et subordinatur Deo quoad virtutem operativam et conseruum in actu primò indifferentem | Si tamen datur: | Sed etiam in ratione operantis actu, adeò ut voluntas creata ut actu operans dependeat à Deo, ibique subordinatur ut actu operanti. Ergo p. Maj. constat; nam subordinatio essentialiter importat rationem prioris et posterioris. Min. prob. Voluntatem creatam in ratione causa actu operantis subordinari Deo tanquam causa prima est illi subordinari in ratione causa formaliter talis. Sed causa prima formaliter hinc est causa actu et formaliter operans. Ergo voluntas subordinatur Deo ut actu operanti, p.

Confirm. Omnis actualitas causa secunda in aliqua linea subordinatur actualitati causa prima in eadem linea. Sed determinatio voluntatis creata est quaedam actualitas in linea operationis. Ergo subordinatur actualitati causa prima in eadem linea operationis, et non tantum in linea virtutis operative.

S. V.

221.

Afferuntur quaedam testimonia SS. Augustini et Thomae, quae efficaciter probare videntur, gratiam efficacem in promotione physica sitam esse.

Quandoquidem Doctores quosdam reperire est, qui licet admittant gratiam ex natura sua efficacem, negant tamen promotionem physicam; hinc opera proterium duimus, adversus eos dictam promotionem physicam quibusdam rationibus tum ex S. Augustino, tum ex S. Thoma desumptis, stabilire.

Probatum itaque promotio physica id ex S. Augustino, qui lib. de corp. et grat. c. 2. sic loquitur: Intelligant, si filii Dei sunt, Spiritu Dei se agi, ut quod agendum est agant, et cum egerint illi, à quo aguntur gratias agant, aguntur enim, ut agant, non ut nihil ipsi agant. Atqui per verbum aguntur significatur vera physica et realis efficientia ac causalitas, et non solum motus quaedam moralis, quae nomine improprie et metaphoricè potest dici actio, seu efficientia. Ergo p.

Resp. ad. Spiritum Dei facere, ut faciamus, et agere nos, ut agamus et velimus per motionem moralem et gratiam excitantem, quae consistit in illuminatione et pia cogitatione intellectus.

Sed contra est, quòd hac responsio directe adversetur S. Thoma in c. 8. Ep. ad Rom. lect. 3. ubi ait: Posset sic intelligi, quicumque Spiritu Dei aguntur, sicut quodam Doctore et Directore, quòd quidem facit Spiritus Sanctus in quantum nos illuminat interioris, quòd facere debeamus. Paulo post autem subnequit: Sed plus intelligendum est in hoc quòd dicitur, quòd Spiritu Dei aguntur, illa enim agi dicuntur, quae quòdam superiori instinctu moventur, unde de brutis dicimus, quòd non agunt sed aguntur, quia à natura moventur, et non ex proprio motu, ad has actiones agendas. Similiter etiam homo spiritualis non quasi ex motu proprio voluntatis principaliter, sed ex instinctu Spiritus Sancti inclinatur ad aliquid agendum, secundum illud Isaia 58. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Dei cogit. Et Luca 4. dicitur, quòd Christus agebatur à Spiritu in desertum. Non tamen, subjungit

69

S. Doctor, per hoc excluditur quin vii spirituales per voluntatem et liberum arbitrium operentur; quia ipsum motum voluntatis et liberi arbitrii Spiritus Sanctus in eis causat, secundum illud ad Philipp. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle et perficere.

2^o. Item S. Augustinus lib. de grat. et lib. arb. c. 20. ait: Deum dominari voluntatibus hominum. Item c. 21. sic loquitur: Agit omnipotens Deus in corde hominum etiam motum voluntatis eorum, ut per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit. Et Ep. 107. ad Vitalem docet, quod bonam voluntatem cuiusque Deus non inveniat in corde, sed faciat. Denique lib. de corp. et grat. c. 12. Subventum est infirmitati voluntatis humane, inquit, ut divina gratia indeliberabiliter et insuperabiliter ageretur. Atque facere, dominari, agere, significant veram efficientiam. Ergo p.

Resp. Augustinum his locis solum velle, Deum operari motum hunc seu determinationem voluntatis humane mediante motione morali.

Sed contra est 1^o. S. Augustinus dicit Deum operari intus in corde hominum, id est, in voluntate; sed motio moralis intus in voluntate non fit, sed ab intellectu, qui est extra voluntatem. 2^o. Item

S. Doctor dicit, quod Deus faciat, ut faciamus prebendo vires efficacissimas voluntati. Sed motio moralis non prebet vires efficacissimas voluntati, cum tantum extrinsece, et objective aliiat et invitet. Deinde vires efficacissime sunt causa efficiens; per eas enim voluntas operatur bonum. At motiones morales sunt tantum causa moralis. Ergo S. Augustinus proter motionem moralem, etiam admittit motionem physicam.

Replicat hunc Textum Thomista minime favere; siquidem negant promotione physica dari vires agendi, cum illa has jam supponat in Subiecto, et ad actum duntaxat applicat.

Resp. Cum Thomista dicunt promotione physica non dari vires agendi, sed jam datas ad actum applicari, loquuntur de viribus agendi, que Subiecto insunt per modum forme permanentis; non vero que insunt per modum forme transeunter impressa, et ad modum, quo virtus artis est in instrumento Artificis, ut ait S. Thomas q. 3. de potent. a. 7. ad 7. de quibus modo intelligendus est S. Augustinus.

Contra est Denique 3^o. Quia S. Augustinus lib. 3. de Trin. c. 4. expresse ait: Voluntas Dei est prima et Summa causa omnium corporalium Specierum atque motionum, at hoc non potest intelligi de motione morali, sed solum de physica, ut constat.

Prob. 2^o. Ex S. Thomá, qui 1. cont. gent. c. 68. in fine, Dominum inquit, quod habet voluntas supra suos actus, per quod est in eius potestate velle, excludit determinationem virtutis ad unum, et violentiam cause exterioris agentis; non tamen excludit influentiam Superioris cause, a qua est ei esse et operari; et sic remanet causalitas in causa prima, que est Deus, respectu motuum voluntatis.

b. Col. p. 206.

505. 09